



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XVI. Surdè audire. Surdo narrare. Græca mercede curare. Homo non  
sescunciæ. Correctus Pomponius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Scena eadem.

*— in me quiduis harum rerum conuenit,*

*Qua sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbum.*  
 Non moueo controuersiam huic loco: sed distinge-  
 lare nolo in ms. reperire me, *cautes*: non, *cautes*.  
 eam lectionem uideri stabiliri uerbis Chremetis  
 fra hac scena,

*Quot res dedere, ubi possem persensiscete,**Ni essem Lepis.*Notu illud Virgilij de dura & immiti, *Marpesia*

## CAPVT XVI.

*Surdè audire. Surdo narrare. Graca mercede curare. Ita  
 mo non fescuncia. Correctus Pomponius.*

SENTIO me leuiores nonnulla his meditationibus  
 culis adpersisse, & quæ doctioribus fortasse non  
 debentur digna, de quibus admoneantur. Me  
 men hac sententia est, nihil leue esse, quod iuuen-  
 tem & bonas litteras quodquo modo doceat, neque  
 ut in ueteri uerbo est, sit crambe repetita. Quale  
 tean hoc erit, quod notauit illustrando loco Teren-  
 Heautontimorumenos:

*Ne ille haud scit quam mihi nunc surdo narret fabulam.*  
 Prouerbij originem quærebam. Nam Erasmus hic  
 ariolatur, hospitem in surdum incidisse: multa  
 diu nequiquam rogasse: eam rem consciis risui ac me-  
 dicitario fuisse. scio ita fieri solere, & nescire malle  
 uerum lubet arbitrari, eum frustra fuisse. Qui alio-  
 rum loquentem parum attenderet, siue recitata  
 mi, siue quod alibi esset: surdè audire uulgo dicebatur.  
 Id didici ex Afranio:

*Amentes [quibus animi non sunt] integri, surdè audiunt.*

Inclua



delecta his notis [ ] dele in Carisio, apud quem hoc  
 argumentum exstat. Sunt enim irreptitia. Idem in-  
 dicat manifestius Propertius:

*Ah pudeat, certè pudeat: nisi fortè, quod aiunt,  
 Turpis amor surdis auribus esse solet.*

Et Plautus Casina:

*Sed vxorem ante adis eccam. hei misero mihi*

*Metuo, ne non sit surda atque hæc audierit.*

Amans differri se sermonibus hominum non audit,  
 recordia animi: at ille Plautinus optat vxorem alibi  
 cogitationibus fuisse, ne inaudierit verba sua. Ut  
 patet, qui hoc modo verba exciperet, si idè audire:  
 ita qui illiusmodi homini loqueretur, surdo narrare  
 dicebatur. Lilius III. Historiarum. *Haud surdis au-  
 ribus dicta: impressione vna totum equitatum fudere.* Ad-  
 dem non grauiora alia, Plautus Aſinaria:

*Cetera queque vti volumus Græca mercamur fide.*

Non minus venustè Afranius, *Græca mercede curare:*  
 cum in emptione repræsentatur pecunia, non in diem  
 est. Verba apud Nonium in *Occupare*, leuiter à me  
 mandata.

— *qua tuleram mecum millia decem*

*Victoriatum Græca mercede illico*

*Curavi, vt occuparem.*

Ab eodem in Seneca versus hic adducitur:

*Pappus hic medio habitat senica non fescuncia.*

Lego, P. his in adibus h. s. n. fescuncia. Ut Afranius, ho-  
 mo non nauici; Næuius, non quisquillæ; Varinius apud  
 Ciceronem, non semisis; Plautus, non asis, non trioboli:  
 ita hic Pomponius, non fescuncia dixit, de eo qui nihili  
 & nullæ rei esset.